

## 60. GALBA.

Lapis varius singularis artificio & magnitudine, paulo minor ipsa imagine.

## 61. TRAJANUS.

In hac curiosa gemma effigiatus est vultus Trajani super modium aut frumenti mensuram, unde procedunt duæ aristæ in symbolum annonæ, qualis etiam conspicitur in ejus nummo. Hic optimus Princeps non solum Romæ annonam recte administravit, sed suis sumptibus per omnem Italiam pueris puellisque egenis alimenta dedit, sicut Plinius in elegantissimo panegyrico eum idcirco celebrat, & nummi hodieque indicant. Lances libratae denotare possunt cum annonâ justitiam vel pondus monetæ.

## 62. ANTONINVS PIVS.

Imperator, cujus effigies satis nota ex statuis & nummis.

## 63. COMMODVS.

Imperator, ætate juvenili, & Princeps juventutis, ut in nummis vivente adhuc ipso patre M. Aurelio cufis.

## 64. SEPTIMIVS SEVERVS.

Imperator, capite pulcherrimo in gypso.

65. SEP-